Aegra etenim properans, tanq; abitura fuit.

¶Ex his ne (quæſo) verſicul⁹ parū pudicis Platonē īpudicū exiſtimabim⁹?

Platoniſq; mores infamabimus? qui tantũ abfuit ab impudicitia, quantum verſiculi a pudicitia. Cuius vita tãto probatior fuit, quanto muſa laſciuior. Ne longũ faciã/ ſi ſcripta oĩa, quibus amores, reſq; amatoriæ continent̃, ſunt cũ ſuis ſcriptorib⁹ repudiãda. Repudient̃ canonicæ ſcripturæ, hoc eſt inſtru/mẽti veteris luculẽta illa volumina/ quib⁹ nihil ſacratius, nihil religioſius, ni/hil myſticũ magis æſtimat̃, liber Geneſeos abijciat̃, qm̃ in eo amores Iacob & Rachelis, concubitus Sychen cũ Dina violentus, ſtuprũ Iudæ cum nuru Thamar referunt̃. Nemo librũ numeroꝝ ſumat in manus, qm̃ iſraelitici po puli fornicatiões cũ filiabus moabitarũ in eo perſcribũt̃. Caue legas Iudi/cum volumen. Cõtinet em̃ ſanſonis robuſtiſſimi molliſſimos cũ puella Da/lila cõplexus. Librũ Heſter ne tangito, Docebit em̃ te quemadmodũ Aſſue rus rex amore amore ſicut clauum clauo trudere conat̃, & ad impatientiam amoris leniẽdã ꝑ ſingulas pene noctes nouas puellas deuirginat, efficiens ex virginibus mulieres. Libros Regũ tanq̃ nefandos explodito. qbus Da/uidis & Berſabes adulteria, eiuſdẽ ſeneſcẽtis cũ adoleſcentula Sunamite cõ plexus, Ammonis cũ ſorore Thamar inceſtus infandus, Salomonis cum re ginis cõcubiniſq; innumerabilibus fatuæ amationes cõmemorant̃. Et vt ſe mel finiã, ipſum Canticum cãticorum tanq̃ ſyreneos cantus obturata aure tranſito, quũ meros amores, meráq; impudicitiã niſi myſtice intelligamus reſonare videat̃. Ideoq; apud Hebræos obſeruabat̃, ne quis adoleſcentulus libellum illum teneret in manibus, ne quis puer illius lectione oblectaretur. Igitur cũ ſacris voluminibus amatorias res cõtineri, eaq; non magis a pro phanis q̃ religioſis hoĩbus quotidie legi, quotidie in templis non clam, ſed palã decãtari videamus. Tandẽ fateamur licere poemata laſciuiẽtia ſcribi/ & ſcripta lectitari citra omnẽ criminationem. Et nos nemine (vt ſperamus) improbante enarrabimus Amaſij poetæ propertij amatoriũ venuſtũq; poe ma. Quo nihil in hoc genere exiſtimo fieri poſſe perfectius. De cuius erudi/tione excellenti elegãtiſſimoq; ſplẽdore in præſentia tacebimus, quum iam receptui canendũ ſit. Et quia multa ſcitu digna a nobis ꝑſcripta ſunt in nr̃is cõmentarijs, quoꝝ lectio ſtudioſis erit (vt cõfidim⁹) frugifera, & a nemine nõ bono ingenuoq; lectore ꝓbabunt̃. Cũ ꝓpertio pariter ꝓgredieẽ dimidiat⁹ Suetonius, vt luculẽtiſſimo ſcriptori extremã manũ imponam⁹, ad cui⁹ lecti onẽ ne illotis (vt aiũt) pedib⁹ accedam⁹ more noſtro. Iſagogica q̃dã hoc eſt introductoria præmittemus. Quæ vſui vobis ſit audiuiſſe & voluptati me/miniſſe, vos vt facitis/ libẽter audite/ atq; animũ aduertite. Dixi.

## ¶ Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Titi Liuij ac Silij Italici continens hiſtoriæ laudationem.

Officiũ pro feſſoris.

OFficium eſt boni profeſſoris viri præſtãtiſſimi id velle ꝓfiteri quod auditoribus vtilitatẽ cũ voluptate maxima allaturũ ſit, quod ſcho laſticorũ auribus ſatiſfacturũ, quod tẽporibus ſit futurũ accõmo/datũ. Hoc ego ſemꝑ omni ſtudio ac diligẽtia ſuperioribus annis effi cere cõtendi, & impræſentiarũ effecturũ me eſſe cõfido. Cũ duos celeberri/mi noĩs ſcriptores ex omnib⁹ delegerim, quos in hoc auguſtiſſimo gymna/ſio profiterer, quoꝝ lectio & prodeſſe & delectare plurimũ poſſit, atq; his temporibus ſit futura maxime cõueniẽs. Nã cũ omniũ diſciplinaꝝ cognitio vtilis ac iucunda mortalibus ſit, hiſtoriæ cognitionẽ mediuſfidius vtiliſſimã iucundiſſimãq; eſſe cenſeo, ex quo cũ multũ oĩbus ſcriptoribus debeamus,

Hiſtoriæ vtilitates.

qui nõ ſolũ ſibi/ſed etiã poſteris vixiſſe credunt,plurimũ profecto hiſtoricis
debere nos nõ poſſumus inficiari,quoꝝ labore ac induſtria effectum eſt,vt
omniũ ætatũ,omniũ gentiũ,omniũ populoꝝ,res geſtæ,oĩa præclara faci
nora ſcirent,a nobis intelligerent cognoſcerent,vt cuncta cunctoꝝ illuſtriſ
ſimoꝝ viroꝝ dicta,factave memoratu digna cõtueri/ediſcere/ recordari li/
ceret,qua quidẽ re nihil pulchrius,nihil iucũdius,nihil magnificentius exco/
gitari poſſe contenderim. Etenĩ vt a Cicerõe ſcriptũ eſt diuinitus,nihil eaꝝ
rerũ ſcire quæ anteꝗ̃ naſcereris,factæ ſint/hoc eſt ſemꝑ eſſe puerũ. Cogno/
ſcere vͦo res geſtas memoriæ veteris,ordinẽ tenere antiquitatis,exẽplorũqꝫ
omniũ habere noticiã,decorum/laudabile ac prope diuinũ eſt. Senibꝰ ideo
maior auctoritas eſt,qm̃ ob longã ætatem plurimas res noſſe ac vidiſſe cre
dunt. At hoc iuuenibus cognitio hiſtoriarũ præſtat, vt etiã præteritis ſæcu/
lis vixiſſe videant,& illi me hercle adoleſcẽtes qui hiſtorias habeant ad ma
num & exempla illuſtriũ viroꝝ in promptu,tanto ſenibus ſunt anteponen/
di,quãto plura negocia complectit hiſtoria multoꝝ ſæculoꝝ,ꝗ̃ faciat homi
nis vita longiſſima. Huc adde,ꝙ qui bonus orator eſſe cõcupiſcis,in primis
abũdare debet exemploꝝ copia & noſſe ꝗ̃plurima. Nã quũ ſit hiſtoria te/ Hiſtoriæ
ſtis temporꝝ,lux veritatis,magiſtra vitæ,nũcia vetuſtatis,nihil ambigit qn descriptio
orator optimus eſſe nõ poſſit niſi fuerit antiquitatis,exemplorũqꝫ cognitio
ne inſtructiſſimus, niſi hiſtorias perinde ac vngues ſuos habuerit explora/
tiſſimas,qm̃ (vt inquit Quintilianus) hiſtoria alere põt orõnem molli quo/ Ex præfati/
dam ac iucundo ſucco. Eſt præterea operæpreciũ in voluminibus hiſtorico/ one Titi
rum oĩs exempli documenta velut in illuſtri monumento poſita intueri,vn Liuij.
de quæ imitãda ſint depromere,ac nobis proponere ad imitandum quæ fu/
gienda fugere poſſimus. Pulchrũ eſt (vt inquit veriſſime Diodorus) ex alio
rũ erratis in melius inſtituere vitã noſtrã, & ꝗd appetendũ/fugiendũve ſit
ex alioꝝ exẽplis poſſe cognoſcere. Vnde haud immerito Demetrius phale/ Demetrij
reus Ptolomæum regem ſubinde admonebat/ vt libros lectitaret, qm̃ quæ cõſilium
amici nõ audent principibus demonſtrare,ea oĩa in libris ſcripta reperiunt.
Hoc eſt in cognitione rerũ ſalubre atqꝫ frugiferum ſcire,quibus artibus,qua
diſciplina, quibus moribus maxima imperia orta ſint. Maximi imperato/
res nomen ſibi immortale pepererint, & econtrario qua vitiorum labe infe
cta ampliſſima regna corruerint,& ex ſummo ĩ imum præcipitauerint. Ad
ſummam hiſtoria ad id quod honeſtũ eſt capeſſendũ inflãmat. Deteſtatur
vitia,ꝓbos extollens,improbos deprimẽs. Hiſtoriæ (vt inqt veriſſime Vi/
ctruuius) ꝑ ſe tenẽt lectores,quum habeãt nouaꝝ reꝝ varias expectatiões.
Vtinam nobis deus eam ingenij, memoriæqꝫ diuinã vim condonaſſet,qua
Portius latro declamator egregius fuerat decoratus,qui quũ omnes hiſto/ Portiꝰ latro
rias vnus omniũ notiſſimas haberet, iubebat aliquẽ ducem nominari,& e
veſtigio eius omnia acta curſim/diligenterqꝫ cõmemorabat. Cæterũ quum
omnes hiſtorici ſint legendi/ adeundi/ ediſcendi/ſcriptores potiſſimũ latini
rerumqꝫ Italicarum, ac maxime Rhomanarum enarratores (ſicut mihi vi/
detur) ſunt adorandi/ colendi/lectitãdi, nec vnꝗ̃ e manibus dimittẽdi,idqꝫ
duabus potiſſimum de cauſis faciendum videtur, quoniã & rerum noſtra/
tium cognitio magis ad nos ꝗ̃ externarum pertinere exiſtimatur, & quod Græci men/
hiſtorici latini ſanctiores, verioreſqꝫ græcis ſcriptoribus fuiſſe creduntur. daces in hi/
Pugnant enim inter ſe omnes fere græcorũ ſcriptores,& alter alterius men ſtoria
dacia refellere conat, Ita Ephorus Hellanicũ, Timeus Ephorum,Philinum

Polybius, Herodotū q̄ plurimi tanq̄ fabulatorē reprehendūt. Hinc a Satyrico poeta dictum eſſe credimus quicquid græcia mēdax audet in hiſtoria. Diſcrepantiæ autē illoꝝ cauſa hæc potiſſimū fuiſſe tradit, q̄ nullā vnq̄ curā græciæ populi adhibuerūt, vt præclara facinora ſcriberent/ac publicarent, ideoq̄ magna in ſcriptoribus mentiēdi licētia fuit, q quū partim res geſtas ignorarent, partim affectionib⁹ ducerent, nō hiſtoriā cōſcripſerūt, ſed mera mēdacia. Cōtra apud Rhomanos, vt oīa prout geſta fuerūt incorrupta/integra, atq̄ fideliter cōſcripta haberent, pontifices maximi res oēs ſinguloꝝ annoꝝ litteris mandabāt, efferebātq̄ in album tabula domui propoſita, vt eſſet p̄p̄lo poteſtas cuncta cognoſcēdi, & hi annales maximi nominabant.

Catonis laus Hanc aūt ſimilitudinē ſcribendi ſecuti ſunt Piſo. Fabius pictor, & ille Cato portius omniū bonaꝝ artiū magiſter a Plynio nūcupatus, q ſine vllis ornamentis ſine pigmētorū colorib⁹, ſine fucato nitore monumēta rerū geſtarū reliquerūt nuda, recta atq̄ ſimplicia primā illā in primis obſeruantes hiſto-

Prima in hiſtoria lex riæ legē, quæ præcipit, ne quid falſi dicat. Etenim dēpta ex hiſtoria veritate ita narratio oīs inutilis, ac penitus manca efficit, ſicut corpus animātis inutile fit oculis effoſſis, vt luculēte ſcriptū eſt a Polybio. Deinde quū ingenia erudito iā ſæculo indies magis excolerent, & facūdia vberior, politiorq̄ ꝓflueret eloquētiſſimi apud rhomanos ad ſcribendā hiſtoriam ſeſe applicauerūt, qui nō vt ſuperiores tm̄modo narratores fuere, ſed etiam exornatores, atq̄ illuſtratores maximi extiterūt, q vtpote diuino ingenio præſtantes viri hiſtoriā affectionib⁹ oībus caſuū varietate mirabili, egreſſionibus iucundis reſperſerūt, & quibuſdā floſculis quaſi pratū diſtinctam, variegatamq̄ decorarūt. Quāquā oēs ſint excellentiſſimi, quū omniū lectio iucundiſſima, ac vtiliſſima futura ſit, quū oēs haud dubie ſuſpiciēdos, ac lectitandos eſſe cen

Titi Liuij laus ſeam. ¶ Titus Liuius in primis enarratione digniſſimus mihi viſus eſt, & iucūditatis, vtilitatiſq̄ inter alios refertiſſimus. Cuius lectio omniū ſcholaſticorum auribus, animiſq̄ fatiſfactura ſit. Eſt em̄ dulcis, candidus & effuſus, & eo nullus hiſtoricorum melius commēdauit mitiores affectus, apud quē oīa tum rebus, tum ꝑſonis ſunt accōmodatiſſima. Qui in narrando miræ eſt iucūditatis, clariſſimiq̄ candoris, qui (vt veriſſime dixit Quintilian⁹) in cōtionibus ſupraq̄ narrari pōt eſt eloquētiſſimus, Cuius lactea vbertas lectorem detinet/auocat/paſcit, oībuſq̄ affectiōibus validiſſime cōmouet, & quo vult, maxime impellit, cuius diuinæ facūdiæ nihil addi poteſt, cuius orationi ſiquid demas ex elegātia detraxeris, quēadmodū de Platonis oratione Phauorinus dicere ſolebat. Idem grādiloquus eſt & ſententiarū grauitate, & maieſtate verborum/idem copioſiſſimus, nec tamē longus. Nam (vt inquit egregie Martialis) Non ſunt longa quibus nihil eſt quod demere poſſis. Nō igit immerito diuus Hieronym⁹ teſtat quoſdā ex vltimis hiſpaniæ, galliarūq̄ finibus viros illuſtres Rhomam veniſſe, vl' ob hoc ſolum, vt Titū Liuium lacteo eloquētiæ fonte manantē cōtuerent, qui (vt Plynius in epiſtolis inquit) poſteaq̄ hominē videre, ſtatim in patriā repedarūt. O te fœlicem, o te beatū Tite Liui, cuius vnius videndi cauſa viri nobiles tot milia paſſuū cōfecerunt ex penitiſſimis regionibus proficiſcētes, tot mōtes incultos, tot inuia loca ſuperarūt. Illa profecto illa diuina virtus eſt exiſtimāda, quæ in vno homine tantū polluit, tantū effulſit, vt ad eū viſendum tanq̄ ingens/celebrandūq̄ miraculū Galli, hiſpaniq̄ ſollicitarent, merito Quintilianus Liuiū inter cæteros ſcriptores legendū eſſe præcipit in ſcholis, quoniā

ſcilicet cãdidiſſimus eſt & maximus auctor hiſtoriæ. Merito & nos Liuiũ
ex oĩbus vnũ delegiſſe videmur, quẽ publice hoc anno ꝓfiteremur, cuius li/
bri oẽs quũ lectitãdi ſint, & in manibus quotidie habẽdi. Nõne hæc Decas
Liuiana quã dijs bñ auſpicãtibus ordimur/enarrare reliquis decadibus eſt
anteponẽda? Nõne hæc in primis volumina a Liuio diuinitus ſcripta fuiſſe
cẽſendũ eſt? Et hæc ꝓfecto Decas (hoc em̃ noĩe Liuiani libri a nũero dena/ Decas
rio nũcupant̃) q̃to bella quæ cõtinet cæteris bellis maiora fuerũt/tãto reli/
quas decades antecellit. Laudat Origenẽ adamantiũ Hieronymus, ꝙ quũ Origenes
in cæteris voluminibus oẽs ſuperauerit/ in Cãticocãticoꝝ ipſe ſe vicerit. Lau Craſſus
dat a Cicerone Craſſus orator quẽ quũ in agẽdis cauſis cõſenſu omniũ cũ/
ctos ſemꝑ exuꝑauerit, in extrema actiõe a ſemetipſo ſuꝑatũ eſſe teſtatur.
Praxiteles inter ſtatuarios a Plinio celebratur, pincte ac marmoris gloria Praxiteles
ſuꝑauerit etiam ſemet, hoc idem & nos hodierno die de Liuio merito di/
cere poſſumus, qui quũ in cæteris Decadibus cæteros antecelluerit/ in hac
ſemetipſum vicit. Et me Hercules vt dicam viri clariſſimi quod ſentio eodẽ
animo Liuius bella ſcriptitauit/quo Rhomani geſſerũt, eo dẽ ingenij fulmi/
ne ſtilum exercuit, quo Rhomanus populus arma tractauit, eadem vigilã/
tia incubuit chartis, qua Rhomani milites diſciplinæ militari incubuerũt,
& mediusfidius videt̃ populus Rhomanus, vl' ob hoc vnũ tã memoranda
facinora gerere voluiſſe, vt illa a tam luculento ſcriptore deſcriberẽtur, qui
res haud dubie lucu lẽtas/verbis luculentis æquauit, quem quotienſcũqꝫ in
manus ſumo, nõ legere videor bella/ ſed tractare. Et (vt inquit Hierony/
mus de Paulo) nõ audire verba/ſed tonitrua. In Liuianis voluminibus vi
dere videor imꝑatores cõcionabũdos, militeſqꝫ ſuos exhortantes, ad præ/
lia alacri animo capeſſenda, Senatũ de rebus dubijs cõſultantẽ, hoſtes hinc
formidoloſos trepidare, Rhomanos hic furibũdos inuadere. Deniqꝫ apud
Liuiũ omnis rei militaris diſciplina cõtinet̃, oĩa ſtratagemata, omnes calli/
ditates imꝑatoriæ demonſtrãtur. Leges ſenatus, populiqꝫ decreta, omnes
deniqꝫ artes, quibus domi, foriſqꝫ viuitur/conſpiciũtur. Sed ꝓh dolor quã/
tam iacturam paſſi ſunt omnes litteraꝝ ſtudioſi ex cẽtum & decem volu/
minibus Liuianis deꝑditis, qui omnia quæ vnqꝫ Rhomani ꝑ ſeptingentos
annos geſſerũt/præclara facinora veluti in vnum redacta corpus noſcere
potuiſſent. Q̃to diſpẽdio affectus eſt Rhomanus populus, cuius tot actã/
tarum reꝝ geſtarum memoria cum libris Liuij pariter interijt. Quantũ ve/
ræ famæ detrimentũ illuſtriſſimi imꝑatores ſubierũt, quoꝝ nomina fuiſ/
ſent ſempiterna & geſta memorarent̃, ſi Liuiana volumina nõ intercidiſ/
ſent, quod ſi defunctis vllus eſt ſenſus, ꝓfecto Liuianos manes ingemiſce
re credendũ eſt tot labores incaſſum ſibi fuiſſe ſuſceptos, tot ne qcqꝫ vigila
tas noctes, tot fruſtra cõſcripta volumina, quæ ſi extarẽt oĩa, nihil pręterea
nobis foret deſiderandũ, haberemus in quo ociũ, in quo tempus bñ collo/
care poſſemus, & tñ nobis vtpote ſomnicoloſis vix ætas ſuppeteret ad le/
gẽdũ, quæ illi diuina quadã benignitate prædito ſuppeditauit ad ſcribẽdũ,
qui etiã dialogos (vt inquit Seneca) philoſophoꝝ more cõſcripſit, ſed q̃re/
læ ab exordio noſtro enarratiõis ꝓcul abſint, nihil nec nobis/nec ipſi Li/
uio ꝓfuturæ. Cæteꝝ quũ ſapiẽtis ſit ſeruire temꝑibus, nos quoqꝫ tẽꝑibus
hic ſeruiamus, quibus quum arma vigeant/bella horrida ꝯſtrepent, quum
omnis italia bellicis tumultibus ſæuiat/claſſica ꝑſonẽt. Quũ mauors telum
ſuum quatiat/bellona dominet̃, idoneũ eſſe videt̃, vt ſcriptores eos potiſſi/

mũ legamus/q bella deſcribũt. Hæc ergo ſit noſtra militia, alij bella gerẽt, nos legemus, alij ſub Dio in cãpis patẽtibus intuti pugnabũt, nos pugnas cõfectas in vmbra/in ſcholis tuti receſebimus. Hinc aures noſtras Liuius ꝑſonabit, inde Syllius. Ambo eadẽ bella facũdiſſime narrãtes, ille ſoluta oratione, hic verſu heroico, q nõ minus hiſtoricus ꝙ poeta iudicãdus eſt. Qui ſtilo cothurnato & charactere grãdiloquo tonare ac fulminare videt, qui bella nõ ſcribere/ſed bellare. Cui optime cõuenit illud Horatianũ, Audire magnos iã videor duces nõ indecoro puluere ſordidos. Ardẽs eſt, cõcitatus erectus/idẽ cãdidus/copioſus/atqꝫ ſublimis, multũ habet neruoꝝ, plurimũ lacertoꝝ, totus bellicis rebus accõmodatus, q nõ minus eruditiõis afferre poſſit/ꝙ iucũditatis, mira eſt in Sylio reꝝ recõditaꝝ copia, varia ac multiplex locoꝝ & maxime Italicaꝝ vrbiũ deſcriptio, multa hiſtoriaꝝ cognitio. Et quũ Vergiliũ illa fœlicitas ingenij ſoluta oratiõe reliqrit, quũ Ciceronẽ facũdia illa genuina in carminibus deſtituerit. Sylio cõtigit id quod pauciſſimis dij dederũt, vt idẽ eſſet & maximus poeta, & ſũmus orator, q vtrũqꝫ & Maronis & Ciceronis opus fœliciſſime ĩpleuerit, qđ epigrãmaticus poeta elegãtiſſime demõſtrat his verſibus quũ de Sylio loqueret.

Sacra cothurnati nõ attigit ante Maronis,
Impleuit magni ꝙ Ciceronis opus.

Idẽ alibi Syliũ muſaꝝ decus appellat. Sed quid plura? Liuij & Sylij facũdia/vires/ingeniũ/eruditio, cæteræqꝫ virtutes eximiæ ſeſe nobis quotidiana enarratiõe exhibebũt, ſeſe offerẽt/oſtẽtabũt clarius ſole fulgẽtes. Ego vero omni diligẽtia/ſtudio/vigilãtia elaborabo, enitar atqꝫ cõtendã ita ſingulos noſtros enodare, ita implicita explicita explicare, vt queãdmodũ vos mihi ornamẽto maximo futuri eſtis, ita ego vobis ſim nõ minimo emolumẽto, hoc mihi in animo eſt velle ꝓdeſſe, vobis ſit velle ꝓficere. Dij faxint vt vtriqꝫ vtrũqꝫ ꝓpoſitũ implere poſſimus.

## Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione epiſtolaꝝ Ciceronis & Lucani continens laudẽ poetices.

MAximũ deoꝝ munus eſt viri circũſpectiſſimi, & quo nullũ maius excogitari põt eloquẽtia, q̃ vna vel maxime ſepauit hominẽ a cæteris mutis animãtibus, deus ille parẽs & mũdi fabricator. Quæ qa ſermõe carẽt, irrõnalia merito vocant. Eloquẽtia hoĩes palabũdos in agris, atqꝫ diſpſos cõgregauit in ppl'm, & ex feris atqꝫ ĩmanibus mites reddidit & mãſuetos. Eloquẽtia multæ vrbes cõſtitutæ ſunt, plurima bella reſtincta, firmiſſime ſocietates, ſãctiſſimæ amicitiæ cõpatæ. Eloquẽtia mortales ĩmortales efficiunt. Merito itaqꝫ flexamina & omniũ regina reꝝ oratio a doctiſſimis nũcupat, cuius tãta eſt dignitas, tãta potẽtia, tãta maieſtas, vt duce eloquẽtia, dijs ſimillimi eſſe videamur. Et hoĩes eloquẽtes q oratores nominant, tantũ reliqs hoĩbus præſtare credunt/ꝙtũ hoĩes beſtijs antecellũt. Nihil mediuſfidius eloquẽtia diuinius repiri põt, nihil cõſũmato oratore præſtãtius. Cæteꝝ quum eloquẽtiæ ꝑtes omnes ſacræ ſint ac venerabiles, cæteriſqꝫ aliarum artium ſtudijs anteponendæ. Poetica in primis ſacratiſſima eſt, quã antiqui primariam quandã philoſophiam eſſe

Palabũdos id eſt errabũdos

Cicero in ꝓlogo rhe. ve.

Poetica

tradiderunt,quæ ab ineunte nos ætate viuendi formulam doceret,quæ mo res,quæ affectiones oſtenderet,quæ res gerendas cum iucunditate prçcipe ret. Vnde non minus vere ꝗ luculenter dixit Horatius, Os pueri tenerum balbumq; poeta figurat. Mox etiam pectus præceptis format amicis, Inſtruit exemplis, inopem ſolatur & ægrum. Quamobrem ciuitates græcorum eruditiſſime liberos in poetica in primis erudiebant,ſolum poetam ſapientẽ eſſe dictitantes. Et vt diuus Auguſtinus ſcriptũ reliquit,poetæ theologi nuncupati fuerunt,quum de dijs immortalibus diuinitus multa cõſcriberẽt,quales Orpheus/Muſeus/Linus fuiſſe tradũtur. Enimuero arti poeticæ ſtudia(vt Cicero facundiſſime ſcribit) adoleſcẽtiam agunt,ſenectutẽ oblectant,ſecundas res ornant,aduerſis perfugium ac ſolatium præbẽt,delectant domi,non impediunt foris,pernoctant nobiſcum,peregrinãtur/ruſticãtur. Huc adde ꝙ poeticus decor execretur ab oratore(vt teſtis eſt Cornelius)ꝙ oratori lectionem poetarum plurimũ conferre Theophraſtus affirmat,apud quos in rebus ſpiritus,in verbis ſublimitas,in affectibus motus omnis,& in perſonis decor exprimitur. Ideoq; in hac lectione. M. Tullius putat eſſe quieſcendum, exiſtimatq; omnem loquendi elegantiam expoliri,augeriq; poetis lectitandis. Eſt enim finitimus oratori poeta,ſuntq; inter ſe cognatione quadam copulati. Cæterum quũ cæterarum rerum ſtudia præceptis conſtent,atq; doctrina Poetę ſoli ipſa natura valent,& mentis viribus excitantur,& quaſi diuino quodam ſpiritu inflammãtur. Vnde Plato diuinus ſcripſit libro.iij. de legibus poetarum,genus eſſe diuinum, & idem tradit in Phedro Vates furore diuino concitatos,multa commoda græcis hominibus attuliſſe. Ab eodem perꝗ elegãter dictum eſt in libello de furore poetico,poetas diuino inſtinctu concitatos eundem furorem interpretibꝰ(quos rapſodos appellat) infundere,imitariq; magnetis lapidis naturam,qui non ſolum ferreos anulos trahit/ſed eandẽ trahendi vim ipſis anulis latenter inſinuat. Origenes quoq; ille magiſter eccleſiæ,in libris(quibus titulus eſt Periarchon)virtutem quandã eſſe docet ſpiritalem quæ poeticam inſpiret, cuius inſpiratione poetæ repleantꝰ. Platoni Origeniq; aſtipulatur Ouidius ſic ſcribens,Eſt deus in nobis agitante caleſcimus illo. Et alibi,Eſt deus in nobis ſunt & cõmercia cœli,Sedibus æthereis ſpiritus ille venit. Quapropter haud immerito poetas antiqui ſacros nominarunt. Vnde ab eodem ſcriptum eſt,

At ſacri Vates & diuum cura vocamur.

¶ Et Calphurnius in buccolicis inquit, Ille fuit Vates ſacer,& Lucanꝰ noſter ſcriptũ reliquit,O ſacer & magnꝰ Vatũ labor. Enniꝰ vero ſanctos poetas appellat,ꝙ quaſi deorũ aliquo dono & munere præditi eſſe videantur. Hinc eſt ꝙ poetæ antiquitꝰ in maxima veneratione/maximoq; ꝑcio habebant,ꝙ a principibꝰ fouebant,ꝙ a regibꝰ ditabant,ꝙ ab omnibꝰ certatim amabant. Vñ nõ minꝰ vere ꝗ diſerte cecinit Naſo,Cura ducũ fuerant olim regũq; poetæ,Præmiaq; antiqui magna tulere chori. Sanctaq; maieſtas,& erat venerabile nomẽ,Vatibus & largæ ſæpe dabant opes. Charus fuit Scipioni aphricano Ennius,Charus archias mario atq; lucullis. Cherilũ poetã ꝗuis ignobilẽ in delicijs habuit Alexãder. Vergiliũ fouit Auguſtꝰ,cuiꝰ verſiculos quũ in theatro popu. Rho. audiſſet/ſurrexit vniuerſus,& ꝑſentẽ ſpectantẽq; Vergiliũ tanq; Auguſtũ veneratus eſt. Horatiũ mecœnas adamauit,Tybullũ meſſala dilexit,Papiniũ Domitianus aureo palladio corona Verſus

uit, Auſonium Gratianus conſulatu decorauit, Neq; ſolū viuētes poetæ ꝗ
honorificētius vates dici exiſtimātur, ſed etiam defuncti venerabiles extite
runt. Siquidem Alexāder magnus quū inter ſpolia Darij perſaꝝ regis Scri
niolum cœpiſſet, auro/gemmiſq; ac margaritis precioſum, in eo libros Ho/
mericos repoſuit, vt precioſiſſimū humani ingenij opus opere ditiſſimo ſer
uaretur. Idem Homerū adeo diligebat, vt eius iliada (q̊d diuinū poema edi
derat, quod viaticum rei militaris appellabat) noctu ſub puluino vna cum
pugione ſubijceret, & ita cum Homero poetarū principe vigilabat, cū Ho/
mero dormiebat. Idem Pindari inter lyricos poetas p̄ſtantiſſimi familię ac
penatibus parci iuſſit/quū Thebas euerteret. Alter vero Alexāder qui Rho
mano p̄fuit imperio Vergiliū adeo admirabat̄, vt eū Platonē poetarū voci
taret, eiuſq; imaginem in larario cōſecraret. Quinetiā Elius verus Rhoma/
nus imperator Martialem epigrāmaticum poetam ſuū Vergilium nūcupa
bat. Huc adde ꝙ etiā dij amatores vltoreſq; extitere poetaꝝ. Siquidē Apol
linis oraculum (vt inquit Euſebius Pāphilus) Euripidē laudibus in cœlum
tulit, & Archiam tanq̃ ſceleſtū ac ꝓphanū iuſſit exire de templo/ꝙ Archi/
lochum poetam interemiſſet. Sophoclen quoq; tragici cothurni principē Li
berpater tanq̃ delicias ſuas ſepeliri iuſſit. Præterea poetæ quadam ſuauilo
quentia adeo ſunt dulces, vt non legantur modo/ſed etiam ediſcantur, quo
rum auctoritas tāta eſt, vt illorū dicta pro certiſſimis teſtimonijs habeant̄.
Nā & Plato & Ariſtoteles principes philoſophorū, Homeri aliorūq; poe/
tarū carminibus ſua dicta perſæpe corroborāt. Quinetiā iuriſcōſulti illi ſan
ctiſſimi in libris Digeſtorū frequēter allegant poeticos verſus, & maxime
ſcribentes de cōtrahenda emptione & venditione, & in titulo de gradibus
& de verborū ſignificatione, & ad legē aquiliā, & de rerum diuiſione, ſex/
centiſq; in locis citant teſtimonia poetaꝝ. In decretis quoq; Vergilianū car
men ex georgicis, & Horatij verſus ex epiſtolis afferunt̄. Quid, nōne eccle/
ſiaſtici ſcriptores, & in primis Auguſtinꝰ/Hieronymus/atq; Lactātius tria
chriſtiani dogmatis lumina clariſſima ſcatent auctoritatibꝰ poetaꝝ? Quid
maius loquar? nōne apoſtolus Paulus vas electionis/tuba euāgelij & ſan/
ctarum ſcripturarū armarium/poetas ſtudioſe lectitaſſe videtur? Quid ad
Titū ſcribens verſiculum vſurpat Epimenidis poetæ. Cretes ſemper men/
daces malæ beſtiæ ventris pigri. In alia quoq; epiſtola Menandri carmē al/
legat, Corrumpunt bonos mores confabulationes peſſimæ. Et apud Athe
nienſes in Areopago, hoc eſt Martis curia diſputans Aratū poetam teſtem
citat. Præterea vt in decretis ſcriptū eſt, dominꝰ præcepit iſraeliticis vt ægy
ptios argento ſpoliarent. Tropologice intelligēs vt argentū, id eſt eloquen
tiam apud poetas inuentā colligerēt atq; poſſiderēt. Dauid quoq; ille pſal/
mographus pſalteriū numeris poeticis cōcinnauit. Quod (vt inquit Hiero/
nymꝰ) in morē Horatij/Flacci/& Pindari, nūc iābo currit, nūc alchaico pſo
nat, nūc ſapphico tumet, nūc ſemipede ingredit̄. Deniq; Eſaiæ & Iob et Sa
lomonis luculenta volumina hexametris & pentametris verſibus, vt Ioſe/
phus & Origenes ſcribunt, apud hebræos cōpoſita decurrunt. Quinetiam
vt Caſſiodorus teſtat̄, om̄is poetica elocutio a diuinis ſcripturis ſumpſit ex
ordium, adeo muſica/venuſtas/lepoſq; poeticus exiſtimatus eſt omni eſſe
ſuauitate refertiſſimꝰ, adeo carmina moduliq; generoſi placuerūt, vt deos
exiſtimarent eſſe placabiliores, ſi eos verſibus adorarent/vt carminibꝰ pre
carentur. Vnde ab Horatio dictum eſt luculenter.